Quelle:
Copyright:

domini M° CC° LXVII. IIII° Idus Maij.
Edita sunt hæc acta a Wolfgango Lazio rerum Viennens. lib. 2. cap. 4. ab Henrico Canis: Antiq: Lect: T. I. a Petro Lambec: emendata in Coment: Bibl: Cæs: edit Vindob: 1669: libr: 2. cap: 3. pag: 61. et novissime ab Harzheim Conc: Germ: T. III. p: 632.

2.

Concilium Pataviense ad S. Hyppolytum ao 1284 &c.

Concilium Pataviense ad S. Hyppolytum celebratum a Gotfrido Episc: Pataviensi ao 1284. Incipit: "Quoniam sedes apostolica nos in partem solicitudinis evocavit. Extat apud Harzheim: Concil. Germ: T. III. p. 673. ubi 34 capitibus constat; noster autem Codex absolvitur capite 31. Completitur tamen Additionem ad Concilium Pataviense /: Harzheim l. c. pag: 687:/ quæ incipit: Anno domini M° CC° LXXIIII° (a) Nos Gotfridus dei gratia ecclesie Pataviensis episcopus apud sanctum Ypolitum capitulum celebrantes et de consilio fratrum nostrorum Prelatorum ac archidiaconorum nostrorum statutis et ordinationibus predecessorum nostrorum que ibidem publicari fecimus declaracionem quasdam ordinaciones ac statuta addenda decrevimus, que pro instancia temporis cognovimus expedire. Plura, qui de his cupit, adeat Harzheimium l. c. Vide etiam infra Cod. CCLXXXII. n. 10.

(a) Ut error Scriptoris, oportuisset poni annum M° CC LXXXIIII°.